



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 15. Epistola Legati Apostolici ad Imperatoris alloquium admissus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

## §. XV.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.*Epistola Legati Apostolici ad Imperatorem.*

Tantopere sibi applaudebat Imperator in suis parabolis, ut Mandarinus Chao Legatum increparet, quod ad eas segnius, ac sine admirationis sensu respondisset; nec etiam propterea *Ly Pin Chum* contumeliis in Legatum effusus parcebat. Paulopost alii ad Legatum venerunt Mandarini, qui Imperatoris nomine exponebant, quod intra biduum ad Pedrinii libellum responderet: mox ergo Legatus has ad Imperatorem dedit literas:

*Potentissime & Clementissime Imperator.*

„Ex quo in hoc florentissimum Ma-  
„jestatis vestræ Imperium perveni, adeo  
„inignes percepi favores, ut nunquam  
„majores viderim aut me exceptum  
„iri speraverim. Attamen unum est,  
„quod me adeo affligit, ut dolore op-  
„primar, quod forte Majestati vestræ  
„displicuerim, vehementer autem do-  
„leo, quod in mea non sit potestate,  
„ut possem Majestati vestræ satisfacere.  
„Quod M. vestræ significavi, fideliter  
„adimplebo, scilicet me omnino accu-

D 5

rate



Sæc. XVIII. „rate repræsentaturum summo Ponti-  
 A. C. 1721. „fici, quæ a sapientissima M. V. mente  
 „fuerunt mihi indicata: sublime M. V.  
 „judicium apprime noverit Legatum  
 „summi Principis non posse injuncti mu-  
 „neris limites transgredi, spero tamen  
 „in posterum magnam facturum inter  
 „Europæos pacem, adeo a M. V. con-  
 „cupitam: antiqui Europæorum erro-  
 „res deleantur rogo, a memoria M.  
 „V. & summus Pontifex, quando  
 „audiet, quæ referam, non solum do-  
 „lebit, sed cognoscet, quorum sit, vel  
 „non sit culpa. Libellum illum Do-  
 „mini Pedrini vidi, & quidem non ap-  
 „probavi, ipsum ausum fuisse molestare  
 „M. V. & conqueri de suo proximo:  
 „verum, cum lex Christiana mihi cha-  
 „ritatis officia dictet, supplex peto ve-  
 „niam M. V. pro ipso, qui forte tristi-  
 „tia aliqua correptus, aut dolore,  
 „illum scripsit: semper major est Cle-  
 „mentia M. V. sua culpa, & magis e-  
 „minebit, in parcendo benignitas: di-  
 „gnata est M. V. duos mihi concedere  
 „dies temporis pro dando Responso, sed  
 „libellum hunc supplicem mitto, ut dimi-  
 „nuam M. V. & Dominorum Mandarinor-  
 „rum molestiam, cum nihil aliud habeam,  
 „quod M. V. significem rogans, quod jam  
 „in meo externo Libello M. V. scripsi. ut  
 „citissime possim summum Pontificem  
 „de



„de tam benigniter mecum actis cer- Sæc. XVIII.  
 „torem facere. CAROLUS AMBRO- A. C. 1721.  
 SIUS PATRIARCHA ALEXANDRI-  
 NUS & LEGATUS APOSTOLICUS.

## §. XVI.

*Mediobarbus Papæ Legatus denuo ad  
 Imperatoris alloquium admissus.*

Hac epistola Sinice reddita Pater  
 Laureati catena ad collum appensa *Vid. supra*  
 tanquam reus ad Aulam per lictores *t. 70. p. 580.*  
 raptatus, a Mandarinis pro tribunali  
 sedentibus inter alia accusabatur, quod  
 Legati adventum Cantone Peckinum  
 versus invito Imperatore sollicitasset;  
 qui tamen intrepido animo culpam om-  
 nem a se amoverat. Die autem vige-  
 sima prima ejusdem Mensis Legatus ad  
 Imperatoris alloquium vocatus ceteros  
 Europæos in Palatio congregatos repe-  
 rit, ac post sumptum de more jentacu-  
 lum imperatoris cubile ingressus est. Tum  
 vero Imperator de Pedrinio rursus  
 questus, ad Legati preces eidem veniam  
 indulgit, eumque unacum Ripa libertati  
 restituit, ipso autem Legato eandem  
 gratiam pro Patre Laureati deprecante  
 Imperator fermone ad alia converso asse-  
 rebat, se Jesuitas haud majore ceteris  
 Europæis affectu prosequi, sed dun-  
 taxat desiderare, ut omnes tanquam  
 Fra-